

496 Propositio 71.72.73.& 74.

proportiones illæ duorum ordinum sint diversæ.

Tertium, tres quantitates, quæ sint in eadem proportione non possunt dividiri ordinatae in tres ac tres, quæ sint in continua proportione nisi sint ambæ proportiones eadem cum proportione ipsarum quantitatuum.


Propositio septuaginta prima

Proportionem leuitatis poderis per virgam torcularum attracti ad rectam suspensionem inuenire.

Cor.

Propos. 45.

Sit torcularis virga, cuius spiræ a b per circuitum sint centupla ad altitudinem a b, & axis d c semidiametro b c centupla, & quoniam per superius assumpta, qualis est proportio spatij ad spatum, talis leuitatis ad leuitatem, igitur e pondus ascendens per a b leuius quam per b c rectam centuplo, et similiter cum circuitus b c, & d c sint in eodem tempore, & circuitus d c, sit centuplus ad spiralem b c per demonstrata ab Euclide, ergo e erit centuplo leuius circumductum per d quam b, sed per b circumductum centuplo leuius est, quam per rectam, igitur e ponderat solum particulam ex decem millibus recti ponderis.




Propositio septuaginta secunda.

Proportionem ponderis sphæræ pendentes ad ascendentem per acciue planum inuenire.

Cor.

Propos. 40. 7.

Sit sphæra æqualis ponderi g in puncto b; quæ debeat trahi super b c acciue planum b e ad perpendicularm plani b f. Quia ergo in b e mouetur a, quavis modica vi per dicta superius, erit per communem animi sententiam, vis quæ mouebitur a per e b nulla:




per dicta verò a mouebitur ad f semper, a constanti vi æquali g, & per b c a constanti vi æquali k, sicut per b d a constanti æquali h, ergo per ultimam petitionem, cum termini seruent, quo ad partes eandem rationem singuli per se, & motus per b e sit a nulla vi, erit proportio g ad k, velut proportio vis, quæ mouet per b f ad vim, quæ mouet per b c, & velut anguli per e b f.

Si ad angulum e b c, & ita vis, quæ mouet a per b f, & est, vt dictum est, g ad vim, quæ mouet per b d, & est h ex supposito, vt c b f ad e b d, igitur proportio difficultatis motus a per b d ad idem a per b c, est velut h ad k, quod erat demonstrandum.

Propositio septuaginta tertia.

Proportionem ponderum attractorum penes figuram in plano inuenire.

Sint duo pondera æqualia in plano a & Cor. b, & sit a superficies qua planum tangit dupla b superficie, qua planum tangit: dico quod si trahantur ab imo, quod erunt æqualia: suspendantur, & erunt æqualia ex supposito, sed a quiescens in plano est dimidium a suspensi, & b quiescens in plano est dimidium b suspensi ex demonstratis superius, igitur per communem animi sententiam a & b in plano sunt æqualia.



Ex hoc manifestum est, quod proportio Cor. virium trahentium pondera in plano eadem est, quæ ipsorum ponderum dum suspenduntur. Vbi planum æquale sit, & solidum. Propos. 62.

Propositio septuaginta quarta.

Proportionem concutientis ad concussum stabili inuenire.

Intelligo concutientis esse solidum, quod Cor. non frangitur, idque grauitate, & impetu concutere, nam de duritia supponitur, & grauitas, vt demonstrabitur in corollario est iuxta superficiem inferiorem ponderi comparatam. Cum ergo motus concussionis magnitudo constet ex grauitate, impetu & figura, concussi autem ex pondere & conexione: multiplicati inuicem partibus productorum proportio, erit proportio concussionis: vt sit grauitas decem, impetus quadraginta: pondus icti centum connexio ut duo, ducemus quadraginta in decem, & fient quadringinta, & duo in centum, fient ducenta, igitur concussio erit dupla.

Cum fuerit figura rotunda, concussio erit integra in punto: quia sphæra iacens in plano totum pondus in punctum cogit. Cor. 1.

Si autem planum est, quod iicitur, proportio totius ad totum est minor, quam partis ad partem pro ratione quantitatis latitudinis. sed maior ratione aëris comprehensi de quo infra.

Cum proportio minor fuerit stabile, non Propos. 84. poterit in solido plano moueri: aliter fieret motus à debiliore, & per præcedentem etiam posset pari ratione eleuari.

Cumque stabile non mouetur, & omne Cor. 3. agens agat aliiquid necesse est, vt stabilis partes cedant, aut dissoluantur. Quanto, ergo magis cedit, tanto minus dissoluitur.

Causè igitur quæ alleuant ictum, ne dissoluntur, sunt septem leuitas ictus, ponderis fractura Cor. 4.